



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CXL. De præceptis fortitudinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



ad materia fortitudinis, vt est specialis virtus, sed extendi ad tota materia fortitudinis, vt est virtus generalis, vt in artic. i. ad 3. in littera habes, & excedere illa quo ad fine in respectu bonorum, quam malorum, vt in corpore ibi sem habes, & haec de fortitudine dicta iustificiant.

¶ **Secundo**, Quid respondeat ei in beatitudinibus, & fructibus.

ARTICVLVS PRIMVS.  
*Vtrum fortitudo sit donum.*

**AD PRIMVM** sic proceditur. **Vt**, q fortitudo non sit donum. Virtutes. n. a donis differunt: sed fortitudo est virtus: ergo non debet poni donum.

3. diff. 34. q. 1. art. 2. cor. & q. 3. art. 1. q. 1.

1. 2. q. 68. art. 6.

Li. 1. c. 32. an te med.

Li. 2. c. 7. in medio to. 3.

Q. 123. art. 2. & 1. 2. q. 61. art. 3.

Q. 123. art. 2.

1. 2. q. 68. art. 2.

¶ **2. Præ**. Actus donorum manent in patria, vt sup. habitum est: sed actus fortitudinis non manet in patria, dicit enim Grego. in 1. Moral. ¶ **q fortitudo** dat fiduciam trepidanti contra aduersa, quæ nulla erunt in patria, ergo fortitudo non est donum.

¶ **3. Præ**. Aug. dicit in 2. de doct. Chr. q \* fortitudinis est ab omni transeuntium mortifera iucunditate seipsum sequerare: sed circa noxias iucunditates, seu delectationes magis consistit temperantia, quam fortitudo. ergo videtur quod fortitudo non sit donum respondens virtuti fortitudinis.

**SED CONTRA** est, quod ita. II. fortitudo inter alia dona Spiritus sancti computatur.

**RESPON.** Dicendum, q fortitudo importat quãdam animi firmitatem, vt supra dictum est: \* & hæc quidem firmitas animi requiritur & in bonis facientibus, & in malis perferendis, & præcipue in arduis bonis, vcl malis. Homo autem secundum proprium, & connaturalem sibi modum hanc firmitatem in vtroq; pöt habere, vt non deficiat a bono propter difficultatem uel alicuius ardui operis implendi, vcl alicuius grauis mali perferendi; & secundum hoc fortitudo ponit virtus specialis, uel generalis, vt supra dictum est. \* Sed altius a Spiritu sancto mouet animus hominis ad hoc, quod perueniat ad fine cuiuslibet operis inchoati, & euadat quacuq; pericula imminetia: quod quidem excedit naturã humanã.

Quandoque enim non subest potestati hominis, vt conlequatur finem sui operis, uel euadat mala seu pericula, cū quãdoque opprimatur ab eis in morte; sed hoc operatur Spiritus sanctus in homine, cū perducit eum ad uitam æternam, quæ est finis omniã bonorum operum, & euasio omniũ periculorũ. Et huius rei infundit quãdam fiduciã menti Spiritus sanctus contrarium timorem excludens: & secundum hoc fortitudo donum Spiritus sancti ponitur. Dicitum est enim supra, quod dona respiciunt motionem animæ à Spiritu sancto.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, quod fortitudo, quæ est uirtus, perficit animum ad sustinendũ quæcumque pericula, sed non sufficit dare fiduciam euadendi quæcumque pericula, sed hoc pertinet ad fortitudinem, quæ est donum Spiritus sancti.

**AD SECYNDVM** dicendum, quod dona non habent eosdem actus in patria quos habent in uia, sed ibi habent actus circa frustrationem finis. Vnde actus fortitudinis ibi est perfrui plena securitate laboribus, & malis.

**AD TERTIVM** dicendum, quod donum fortitudinis respicit uirtutem fortitudinis non solum secundum quod consistit in sustinendo pericula, sed etiam secundum quod consistit in quocumque arduo opere faciendo. Et ideo donum fortitudinis dirigitur a dono consilij, quod uidetur præcipue esse de melioribus bonis.

Vtrum quarta beatitudo, scilicet beatus iustitiam, respondeat donum fortitudinis.

**AD SECYNDVM** sic proceditur. **Ad** quartam beatitudinem, scilicet beatus iustitiam, & situnt iustitiam, non respondet donum fortitudinis. Donum enim fortitudinis pertinet ad aduersa, & sitire iustitiam pertinet ad bonum, & sitire iustitiam pertinet ad bonum, & sitire iustitiam pertinet ad bonum, & sitire iustitiam pertinet ad bonum.

¶ **2. Præ**. Esuriet, & sitis iustitiam, & sitire iustitiam, ut supra habitum est, est actus donum sapientie, ut supra habitum est, est actus donum sapientie, ut supra habitum est, est actus donum sapientie, ut supra habitum est.

¶ **3. Præ**. Fructus consequentium beatitudinis, quia de ratione beatitudinis, & sitire iustitiam, ut supra habitum est, est actus donum sapientie, ut supra habitum est, est actus donum sapientie, ut supra habitum est.

**AD SECYNDVM** dicendum, quod donum fortitudinis, scilicet beatus iustitiam, & sitire iustitiam, non respondet donum fortitudinis, sed donum sapientie, ut supra habitum est, est actus donum sapientie, ut supra habitum est.

**DE PRÆCEPTIS FORTITUDINIS**. **DE PRIMO**. De præceptis fortitudinis.

ARTICVLVS II.  
*Vtrum conuenienter in lege sit donum fortitudinis.*

**AD PRIMVM** sic proceditur. **Ad** conuenienter in lege sit donum fortitudinis.



fortitudinis tradantur. Lex enim noua perfectior est. A veteri lege: sed in veteri lege ponuntur aliqua praecepta fortitudinis, vt patet Deut. 20. ergo & in noua lege aliqua praecepta fortitudinis danda fuerunt.

¶ 2. Praet. Praecepta affirmatiua videntur esse potiora praeceptis negatiuis, quia affirmatiua includunt negatiua, sed non e conuerso. Inconuenienter ergo in lege diuina ponuntur praecepta fortitudinis solum negatiua timorem prohibentia.

¶ 3. Praet. Fortitudo est vna de virtutibus principalibus, vt sup. habitum est: sed praecepta ordinantur ad virtutes sicut ad fines, vnde debet eis proportio dari. ergo & praecepta fortitudinis debuerunt poni inter praecepta decalogi, quae sunt principalia legis praecepta.

SED CONTRARIUM apparet ex traditione sacrae scripturae.

RESPON. Dicendum, qd praecepta legis ordinantur ad intentionem legislatoris. Vnde sicut in diuersos fines, quos intendit legislator, oportet diuersimode praecepta legis institui: vnde & in rebus humanis alia sunt praecepta democratica, alia regia, alia tyrannica. Et in his aut legis diuinae est, vt homo inhareat Deo; & deo praecepta legis diuinae: ta de fortitudine, quam de alijs virtutibus dantur sicut, qd conuenit ordini mensis in Deum. Et propter hoc Deute. 20. dicitur. Non fortidit eos, quia dñs Deus vester in medio vestri sit, & pro vobis contra aduersarios dimicabit. Leges autem humane ordinantur ad aliqua mundana bona, secundum quorum conditionem praecepta fortitudinis in humanis legibus inueniuntur.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd vetus testamentum habebat temporalia promissa, nouum aut spiritua- lia, & aeterna, vt Aug. dicit contra Faust. & ideo necessarium fuit in veteri lege populus instrueret qua- liter pugnare deberet etiam corporaliter pro terrena possessione acquirenda. In nouo aut testamento intruendi fuerunt homines qualiter spiritualiter certatim ad possessionem vitae aeternae peruenirent sicut in illud Matth. 11. Regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Vnde & Petrus praecipit. 1. Pet. vlt. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens, circuit quaerens quem deuoret, cui resistite fortes in fide, & Iac. 4. Resistite diabolo, & fugiet a vobis. Quia tamē homines ad spiritualia bona redentes, ab his retrahi possent per corporalia pericula, fuerunt et in lege diuina danda fortitudinis praecepta ad sustinenda for- titer temporalia mala, secundum illud Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus.

AD SECUNDUM dicendum, qd lex in suis praeceptis debet habere eodem instructionem. Eavero, qd sunt agen- da in periculis, non possunt ad aliquod eorum bonum reduci, sicut ea, qd sunt uitanda: & ideo praecepta for- titudinis magis dantur negatiue, quam affirmatiue.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut dictum est, praecepta decalogi ponuntur in lege sicut prima prin- cipia, quae statim debent esse omnibus nota. Et ideo praecepta decalogi debuerunt esse principaliter de actibus iustitiae, in quibus manifeste videtur esse ratio debiti: non autē de actibus fortitudinis, quia non ita manifeste videtur esse debitum, quod ali- quis pericula mortis non reformidet.

ARTICVLVS II.

Primum conuenienter tradantur praecepta in lege diuina de partibus fortitudinis.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter tradantur praecepta in lege di-

uina de partibus fortitudinis. Sicut enim patientia, & perseverantia sunt partes fortitudinis, ita magnificen- tia, & magnanimitas, siue fiducia, vt ex supradictis patet: sed de patientia inueniuntur aliqua praecepta tradita in lege diuina, similiter et de perseve- rantia: ergo pari ratione de magnificencia, & magna- nimitate aliqua praecepta tradi debuerunt.

¶ 2. Praet. Patientia est virtus maxime necessaria, cum sit custos aliarum virtutum, ut Greg. dicit. sed de alijs virtutibus dantur absolute praecepta: non ergo de patientia fuerunt danda praecepta, quae intelligantur so- lum secundum preparationem animi, ut Aug. dicit in lib. de sermon. Domini in monte.

¶ 3. Praet. Patientia, & perseverantia sunt partes fortitu- dinis, ut dictum est: sed de fortitudine non dantur praecepta affirmatiua, sed solum negatiua, ut supra habi- tum est. ergo et neq; de patientia, & perseverantia fue- runt danda praecepta affirmatiua, sed solum negatiua.

SED CONTRARIUM habetur ex traditione sacrae scripturae.

RESPON. Dicendum, qd lex diuina perfecte in format hominem de his, quae sunt necessaria ad recte uiuen- dum. Indiget autem homo ad recte uiuendum non solum virtutibus principalibus, sed et virtutibus se- cundarijs, & adiunctis: & ideo in lege diuina sicut dantur conuenientia praecepta de actibus virtutum principalium, ita et dantur conuenientia praecepta de actibus secundarum virtutum, & adiunctarum.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd magnificencia, & magnanimitas non pertinet ad genus fortitudinis, nisi sicut in quodam magnitudinis excellentia, qua cir- ca propria materia considerant. Ea aut, quae pertinet ad excellentiam, magis cadunt sub consilijs perfectionis, quam sub praeceptis necessariis: & ideo de mag- nificencia, & de magnanimitate non fuerunt danda praecepta, sed magis consilia. Afflictiones aut, & labores praesentis vitae pertinent ad patientiam, & perseueran- tiam non ratione alicuius magnitudinis in eis con- siderate, sed ratione ipsius generis: & ideo de pati- entia, & perseuerantia fuerunt danda praecepta.

AD SECUNDUM dicendum, qd sicut supra dictum est, praecepta affirmatiua etsi semper obligent, non tamen obli- gant ad semper, sed pro loco, & tempore: & ideo si- cut praecepta affirmatiua, quae de patientia dantur, sunt accipienda secundum preparationem animi, ut si homo sit paratus ea adimplere cum opus fuerit, ita etiam, & praecepta patientiae.

AD TERTIUM dicendum, qd fortitudo, sicut quae distin- guitur a patientia, & perseuerantia, est circa maxima pe- ricula, in quibus est cautus agendum. Nec oportet aliquid determinari in particulari quid sit faciendum: sed pa- tientia, & perseuerantia sunt circa minores afflictio- nes, & labores, & ideo magis sine periculo potest in eis determinari quid sit agendum, maxime in uniuersali.

QVAESTIO CXLI.

De temperantia, in octo articulos diuisa.

CONSEQUENTER conside- randum est de tempe- rantia.

Et primo quidem de ip- sa temperantia.

Secundo, De partibus eius.

Tertio, De praeceptis ipsius.

Circa temperantiam autem primo considerare oportet de ipsa tem- perantia.

Secundo, De vitijs oppositis.

Secunda Secundae S. Thomae.

per Quaestiois centesime quadra- gesime prime. Arti- culum primum.

Septima pars hu- ius libri hic inci- pit, in qua de tem- perantia tractatur. Et quoniam Marti- nus antedictus edi- dit et tractatum de temperantia, ubi doctri- nam auctoris ex po- sito impugnat: ideo sicut in tra- TT 2 etiam

Qui 8.

Homi. 35. in euang. non remote ante med.

Li. 1. de ser- dom. in mo- te, c. 74. 35. & 36. co. 4. Q. 124. & 136. art. 4. & 137. art. 2. Ar. preced. ad 2.

Q. art. 2.